Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Caspar March

Programma Quo Universitatis Rostochiensis, P.T. Rector Caspar March/ D. Med. & Math. Prof. P. Ad cohonestandas Exequias quas Viro ... Dn. Petro Müllern/ Aedis Marianae Praefecto bene merito, Vidua moestissima hodie ... parat, Omnes omnium ordinum Cives Academicos ... invitat : [P.P. sub Sigillo Academico d. XXI. Maii, Anno M. DC. LIIX.]

Rostochii: Kilius, [1658]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77065942X

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

March, C.,

in

P. Müller.

Rostock, 1658.

//

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77065942X/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77065942X/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77065942X/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77065942X/phys_0004
DFG

81

PROGRAMMA

Quo

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS, P. T.

RECTOR

CASPAR March/ D.

Med. & Math. Prof. P.

Ad

cohoneſtandas Exequias

quas

VIRO Spectabili & integerrimo

DN. PETRO Müllern/

Ædis Marianæ Præfecto

bene merito,

Vidua mœſtiſsima

Hodie horâ I. poſtmeridianâ

In dicto D. Virgini olim ſacratô templô

parat,

Omnes omnium ordinum Cives Academicos ſedulò ſeriòq;

invitat.

BIBLIOTHEK D. MECKLENB. RITTER. U. LANDSCHAFT

ROSTOCHII, Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77065942X/phys_0005
DFG

GRatulantem ſibi hactenus ſæpe triumphanti cantu audivimꝰ Eccleſiam de perditô nunc prorſus *Mortis aculeo.* At dixerit forte quiſpiam ex mundi ſceleſtiori agmine Epicurus, & ſacri verbi contemptor ac depravator: Contrarium hem experiuntur quotidie tum Senes, tum Juvenes, puerîq;, quos mortis aculeo peremptos magno ſatis numero ſubinde in tenebricoſas terræ cavernas deportamus, ſentiuntq; ex compaſſionis quadam neceſſitate, eôdem illô aculeo ſibi pectora ſæpe tangi etiam religioſi ac piiſſimi quiq;. At deſinat cavillari os improbum: Diſcat carnalis homuncio, ex ſacris ſanctiſſimi Spiritûs aſſertis per ora fidelium verbi Divini præconum ſaluberrimè informatus hoc quicquid eſt mortalitatis actuum, peragi omninò, quoad pios certè, ſine omni offenſivo aculeo. Paulatim enim dum vivimus morimur, ſine dolore prorſus ac citra ſenſum. Ex utero matris dum excludimur, in terræ illum, quam matrem non minus omnium agnoſcimus, uterum ſenſim properamus, ut vita verè nil ſit, niſi è ſepulchro ad ſepulchrum tranſitus. Ut Candela lucens ardendô abſumitur, ita vitæ pariter flammula lucendo ſenſim minuitur. & non advertentibus nobis extinguitur. Continua proinde Mors, vita ipſa eſt. Atq; hæc quidem Mors à mordendo ſi dicatur, eſto mordeat, ſine damno tamen id ullius certè pii fiet & ſine dolore; Mel utiq; non abſynthiũ,

anti-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77065942X/phys_0006
DFG

antidotum, non venenum in ore fert. De credentibus Salvatoris Os veraciſſimum pronunciat: *Mortem non guſtabunt.* Eſto in ſe amara mors, non obſervabitur à fidelibus amaritudo, haud ſecus ac in medentum non ſentitur pilulis, aurô aut glycerrhizæ dulciſſimô pulvere obductis, paratus enim ad medendum JESUS cujus labia mel merũ ſtillant, fel aut abſynthium mortis in mel & saccharum mutat. Audivimus in proximâ Epiſtolica lectione Apoſtolum teſtantem, quam non niſi *ſomnus*, & via ad *quietem* Mors ſit, quàmq; exoptata per mortem contingat *commutatio.* In *quiete* & tranquillitate beatitudinem veram conſiſtere vel ipſi Gentiles ſapientiores agnovere; teſtor ex pluribus Senecam præ aliis quàm maximè (ignoſcite Latini) chriſtianizantem. Hinc miſera verè vita omnis, quia intùs à concupiſcentiis in carne habitantibus, extus à mundi vel illecebris vel tormentis inquietamur: Liberi ab his quotquot per mortem his vitæ miſeriis exempti. Apparet exinde, quæ flendi cauſa fuerit Salvatori adſtanti Lazari ſibi dilectiſſimi ſepulchro: Scilicet non flebat ille mortem amici tam facilè reſuſcitandi, ſed flebat eum (pro confirmanda petentium fide, & manifeſtanda potentiæ ſuæ gloriâ) in priſtinam vitæ miſeriam trahi, qui dormiendò beatus erat. Revera n. Chriſto & Apoſtolo teſtante *Somnus* eſt, quem Mortem appellamus, quia curarum, inquietudinum & ærumnarum finis & oblivio. Quid dulcius ſomno, qui feſſos occupat? Naſcentes flendo dignam omninò lacrymis vitam præſagimus, quid ſtulti ergò pro continuanda hac flebili miſeria laboramus? *Commutationem* in morte optimam fieri, ex divino Apoſtoli oraculo novimus: E carcere educti in libertatẽ aſſerimur. Aufertur corruptibile conceſſo nobis incorruptibili, exuimus mortalitatẽ,

immor-

immortalitatem induimus. O Commutationem nulli, unquam encomiis ſat deprædicandam! Gratulamur nobis invicem quandoq; ſuper veſte novâ: quidni gratulemur nobis quando depoſitó veteri Adamó, & obſoletô corporis ſacco, vermium eſcâ, cœleſtibus omninò dotib9, & nitidiſſima Juſtitiæ veſte induimur? Scimus, inquit Apoſtolus, quoniam ſi terreſtris domus noſtra diſſolvitur, ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, ſed æternam in cœlis. Vah quam ſtultus foret, qui in luteo tuguriolo habitans, & promiſſione gaudens eô collapsô palatium ſibi regium inhabitandum fore, doleret aut ploraret ubi caſulam ſuam ruinæ proximam, aut jam jam labi animadverteret. Iſthæc, ô mei, attentius quisquis ponderaverit, non timebit ille ullaten9 mortem ut quid amarum, aut noxium, ſed exoptabit ſeriò ut felicitatis veræ ac perennis inchoamentum, cumq; Apoſtolo exclamabit: *Cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto.* Nunc ad eum, cujus placidiſſimæ mortis occaſione ad hæc meditanda & conſignanda incitati ſumus, devenimus, PETRUM Müllern/ civem hactenus Urbis hujus omni laude dignisſimum, nunc cœli indigenam beatisſimū: quem Natum accepimus in Holſatiâ prope Tunderam Anno reparatæ ſalutis milleſimo quingēteſimo & nonageſimô, *Patre HENRICO* Müllern/ cive Holſatô, viro honeſtisſimô; *Matre* verò *ANNA* Spliten/ Feminâ piâ ac probâ, qui tituli uti merentibus omnino dantur, ita quosvis alios vulgò ſplendidos præſtantiâ ſuperant. Ut fuerunt ergò Parentes optimi pietatis inprimis laude commendabiles, ita prima ac princeps quoq; ipſorum cura fuit, ut per Baptiſmi ſacrum lavacrum ab omni inhærentis peccati maculâ purgaretur filius, quem ejusdem ſecum in Chriſto gratiæ participē omninò fieri exoptarunt. Proxima hinc

ſolli-

ſollicitudo fuit, ut ſic benè initiatus ad Pietatis praxin ipſam tum monitis, tum exemplis (quorum vim in formandis moribus experientiâ edocti noverant extare maximam) duceretur. Tertia demum, ut quando ſuccreſcēte indies ætate ad mercaturam inprimis quaſi natus videbatur, et exercendæ nec media deeſſent nec addiſcendæ occaſiones. Atque hoc quidem vitæ genus tantâ diligentiâ terrâ mariq; ſemper, & vel maximè durante etiam conjugio, ſectatus eſt, ut celeberrima quæq; Europæ emporia, Dantiſcum, Rigam, Stockholmum, Kalmariam, Hafniam, Regiomontum, Lipſiam, Amſtelrodamum, Francofurtum ad Mœnum, Brunsvigam, Hamburgum &c. perluſtraverit, & ubiq; negotia ſua curiosè tractans, eam in iſthac profeſſione promptitudinem acquiſiverit, ut potuerit in ea hactenus cum laude & egregiô (labores aſſiduos divinâ usq; concomitante benedictione) emolumento verſari; ſecus profectò atque ii, qui non tam à ſtudiis liberalibus (quæ ut excolunt ingenium omnesq; animi vires vegetant, non adeò fortè officere poſſunt exercendis poſtmodum mercimoniis civilibusque aliis negotiis) quàm ab otio, luxu, commeſſationibus, aleis & faſtuoſo inceſſu ad ſtatum mercatorium laboribus & moleſtiis plenuſſimum inepti ſæpius, atque hinc infelici plerumq; ſaltu proſiliunt. Cœterum ſic commodi ſui cauſa olim peregrinandô Noſter hic Roſtochium devolutus, aliquandiu ſubſtitit, donec de conſtituenda familia tandem cogitare inciperet. Tum requiſito uti par erat Parentum ſuorum, quos intimè ſemper dilexerat, conſenſu, eoq; omninò intercedente, Anno 1612. connubiali fœdere ſibi junxit Virginem lectiſſimam *ILSABEN, MATTHÆI* Stubben/ optimæ conditionis & antiquæ fidei Civis filiam, nunc viduam mœſtiſsimam. Conjugium fuit in an-

nos 46.

nos 46. pacificum, & usq; eo fœcundum, ut tredecim inde utriusq; ſexûs liberi in hanc mundi ſcenam prodierint: *MATTHÆUS I, ANNA, MATTHÆUS II, ILSABE, MARGARETHA, SOPHIA, ELISABETHA, PETRUS, JOHANNES I, HENRICUS, JOHANNES II, BERNHARDUS* (gemelli) *DOROTHEA*. Plerique horum teneriori ſtatim ætate cœlo redditi. Filiarum una *ILSEBE* nunc ἐν ἁγίοις, Anno 1635. *HENRICO* Reiſern/ Civi ac Negociatori tum temporis nuptum data eſt, peperitq; eidem *ANNAM* & *ILSABEN*, quarum hæc præpopero fatô abrepta, illa ſuperſtes & præſens modo Avi cariſſimi mortem luget. Filiarum altera *MARGARETHA* Anno 1636. die 3. Martii matrimonio juncta *JOACHIMO* Gropen/ Civi ac Cereviſiario hujus loci induſtrio, maritum 6. liberorum parentem fecit, *CHRISTIANI, ILSABES, PETRI, MARGARETHÆ, CATHARINÆ, JOACHIMI*. Ex his filii priores duo jam fatis ceſſerũt, ſuperſtites Jehovah ſervet. Tertia Filiarum *SOPHIA* Anno 1640. die 17. Nov. in torum venit *SIMONIS* Hagemeiſtern/ Civis ac Mercatoris quondam apud nos haud poſtremi, qui tertio abhinc annô, mundi ærumnis exceſſit, nobis hactenus omninò felicior, cui novem edidit liberos; *JOHANNEM, PETRUM, MARGARETHAM I, ILSABEN, MARGARETHAM II, SIMONEM, SOPHIAM, HENRICUM, CATHARINAM*, ex quibus *MARGARETHA I.* & *HENRICO* extinctis, reliqui ſuperſunt, commendandi meritò ei, qui Pupillorum Pater eſt. Filiarum quarta *DOROTHEA* nondum elocata Beati Parentis obitum acerbiſſimè dolet. FILIORUM par unum in vivis eſt, *HENRICUS*, Compater & animæ meæ Curator fideliſſimus, nunquam mihi & omnibus verè bonis ſine honore nominandus, quem Philoſophiæ *Magiſtrum*, & Theologiæ *Doctorandum* acquiſita indefeſſis ſtudiis erudi-

tio,

tio, vocatio legitima *Miniſtrum Divini Verbi* apud nos fe-
liciſſimum, *Virum candidum & pium*, adeoque Exemplum
imitatione dignisſimum ſingularis, & omnibus nobis ſe-
rio exoranda, Sanctiſſimi Spiritus Gratia fecit, pro cujus
gratiosâ conſervatione, mecum ſcio, numeroſa audito-
rum cohors orat, hactenus (ut ut ſubinde vitæ periculum
apparuerit) clementer exaudita. Ex hoc noſtro HEN-
RICO conjugeq; ipſius, fœmina Honeſtisſimá *MARGA-
RETHA ELISABETHA* Siebrandes/ nepotes vidit Parens
beatiſſimus duos, *PETRUM*, qui vitæ magis oſtenſus, quàm
datus, vix triduum ſupervixit, & *JOHANNEM MICHAE-
LEM*, ac neptem unam, *CATHARIN-ELISABETHAM*, qui-
bus vitæ prorogationem, virtutumque ac pietatis incre-
mentum apprecamur. Alter filiorum *PETRUS*, Civis
& Mercator omninò induſtrius ac ſagax, ante biennium
fermè cum Virgine lectiſſimá ac pudiciſſima *GERTRUDE*
Füllebiers/ matrimonium contraxit, nunc res ſuas Stock-
holmiæ agit, ignarus fati Patrii, quod quin acerbiſſimè
lucturus ſit, ubi reſciverit, dubium planè nullum eſt. Red-
eamus ad Patrem, quem in civico præterea ſtatu ita ſe
geſſiſſe meminimus, ut optimè ſemper apud bonos au-
dierit, adeoq; honoratiſſimis officiis, nempe Ædis Ma-
rianæ Præfectura, Centum- ac Sedececim viratu (qui
princeps in parentium civium ordine locus eſt) ornatus
fuerit. In quibus ſtationibus & fidelem & affabilem ſe
exhibuit bonorumq; omnium benevolentiam ſibi con-
ciliavit. Nævos qualescunque pro ſorte eheu! humana
habuit, ipſemet & dolens agnovit, perque fidem in ſan-
guine JESU CHRISTI expiavit. Pietati erga Deum
ſtuduit, ſedulus verbi divini auditor, precibusque ſæpius
ardentibus Deum fatigans; Præ reliquis ſuam fecit au-
ream Eccleſiæ cantiũculam: Gott der Vater wohn uns bey.
quem

quam lectô ſurgens, lectumve petens Deo nôn ſine ſuſpiriis obtulit; Quin decimô quartô quoque ante obitum die ſalutari Sacræ Cœnæ epulo in publico cœtus Chriſtiani conventu paſtus eſt. Neque enim diu moleſtiis morbi, utut eventu lethalis, macerare Virum pium ac placidum voluit divina benignitas, quem quidem morbum ſi nominare jubear, *ſenilem* potius *languorem*, & expirantis ſenſim vitalis flammulæ agonem, quam alio quovis nomine appellaverim: Etſi enim initio contracta, ſub verni licet aeris moderna intemperantiâ, febris quædam videretur, adhibitis tamen paucis ſed convenientibus remediis cedebat illa; Solæ vires tum internarum, tum externarum partium diminutæ inſtaurari nolebant, conſtabant tamen eæ & Menti pleniſſime & corpori ſic ſatis usq; ad ipſum Mortis articulum, adeò, ut cum vix ultra quadrantem horæ ante obitum ab ipſo, meliora precatus, diſcederem, inſtantiam fatalis momenti animadvertere non potuerim. Ipſe tamen iſtud longiùs fortè præſentiens, complicatis ſubinde manibus orantem intus Spiritum, Abba, Pater, haud obſcurè teſtatus eſt, paucisque ante obitum horis Admodum Rev. Dn. D. CASPARUM MAURITIUM preces ſibi præeuntem attentè audivit, interq; preces etiam adſtantium, circa X. veſpertinam, proxima Rogationum Dominicâ, placidiſſime non tam mortuus eſt, quam obdormivit. Exigit omninò Pietas & Integritas Viri optimi, exigunt Filii ſerio pro noſtrâ omnium ſalute vigilantis egregia merita, ut ultimum piè defuncto honorem prompti ac frequentiſſimo numero exhibeamus. Quod ut fiat, ego omnes omnium ordinum Cives Academicos publica tum voce rogo, tum authoritate hortor.

P.P. ſub Sigillo Academico d. XXI. Maji,
ANNO M. DC. LIIX.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77065942X/phys_0013
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77065942X/phys_0014
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77065942X/phys_0015
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77065942X/phys_0016
DFG

ſollicitudo fuit, ut ſic bene initiatus ad kin
ipſam tum monitis, tum exemplis (quor or-
mandis moribus experientiâ edocti novet ma-
ximam) duceretur. Tertia demum, ut qua ſcē-
te indies ætate ad mercaturam inprimis qu de-
batur, et exercendæ nec media deeſſent n ndæ
occaſiones. Atque hoc quidem vitæ g dili-
gentiâ terrâ mariq; ſemper, & vel maximè iam
conjugio, ſectatus eſt, ut celeberrima quæ em-
poria, Dantiſcum, Rigam, Stockholmu am,
Hafniam, Regiomontum, Lipſiam, An am,
Francofurtum ad Mœnum, Brunſvigam gum
&c. perluſtraverit, & ubiq; negotia ſua c ans,
eam in iſthac profeſſione promptitudine rit,
ut potuerit in ea hactenus cum laude & eg ores
aſſiduos divinâ usq; concomitante bene mo-
lumento verſari; ſecus profectò atque i m à
ſtudiis liberalibus (quæ ut excolunt inge esq;
animi vires vegetant, non adeò fortè unt
exercendis poſtmodum mercimoniis ei aliis
negotiis) quàm ab otio, luxu, commeſſat is &
faſtuoſo inceſſu ad ſtatum mercatorium l mo-
leſtiis plenisſimum inepti ſæpius, atque h ple-
rumq; ſaltu proſiliunt. Cœterum ſic con auſa
olim peregrinandô Noſter hic Roſtoch tus,
aliquandiu ſubſtitit, donec de conſtituen tan-
dem cogitare inciperet. Tum requiſito Pa-
rentum ſuorum, quos intimè ſemper dile nſu,
eoq; omninò intercedente, Anno 1612. c ede-
re ſibi junxit Virginem lectiſſimam *ILSA* *HÆI*
Stubben/ optimæ conditionis & antiqua fili-
am, nunc viduam mœſtisſimam. Conju an-

46.